



**R. P. D. Thomæ Delbene Marvbiensis, Clerici Regvlaris,
Sacrae Theologiae Professoris ... De Immvnitate, Et
Ivrisdictione Ecclesiastica**

Bene, Thomas del

Lugduni, 1674

VI. An Immunitas Ecclesiarum consuetudine aliqua diminui possit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98676](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98676)

- nici, amplectenda est illa interpretatio, quæ cum iure civili convenit.
- 7 Iura iuribus convenire decet, & iurium correctio quoad fieri potest, vitari debet.
- 8 Declaratio iuris canonici, & civilis in dubio facienda est in materia Ecclesiastica à iudice Ecclesiastico.

Respondetur, quod tunc (quamvis Addentes ad Angel. de malefic. verb. quod fama publica, num. 59. li. B. Alciat. de presumpt. reg. 3. presumpt. 33. num. 5. & alij relati à Deciano cit. conf. 80. num. 3. velint illam faciendam esse secundum ius civile ex eo, quod in pluribus iuribus Pontificiis, & præcipue in cap. inter alia, de immunit. Eccles. & in cap. id constituimus 17. q. 4. leges civiles de immunitate Ecclesiastica loquentes approbentur, & sic saltem amplectendæ sint pro terris Imperij, & pro iudiciis secularibus auctoritate iudicandi ab alio, quàm à Papa recipientibus) tamen facienda sit secundum ius canonicum, quia hæc est materia pia, & Ecclesiastica, in qua ius civile iurisdictionem non habet, nisi ad fovendam dispensationem iuris canonici: tum quia Ecclesiæ semper sunt à iurisdictione Principis secularis exemptæ, & Pontificiis iuribus subiectæ: tum quia iudex Ecclesiasticus potest compellere iudices seculares, ut servent leges canonicas suum forum respicientes, cap. 2. de foro competent. in 6. c. decernimus, de sentent. excommunic. eod. lib. & in Clement. 1. de penit. & remiss. Atque sic docent Decianus cit. cap. 25. num. 6. Alexand. conf. 145. num. 2. & num. 10. lib. 7. Ludovic. Peguer. in pract. crim. cap. 26. n. 6. Couar. var. resol. cap. 20. num. 3. & 12. Suar. de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 8. num. 11. Peregrin. de immunit. cap. 7. num. 19. Cutellius de immunit. Eccl. lib. 1. q. 32. num. 27. Farinac. cit. c. 2. n. 28. & 31. & de carceribus, & carceratis q. 28. qui recte aduertit cum Deciano in loco supra cit. quod si exoritur dubium super interpretatione iuris canonici, amplectenda sit illa interpretatio, quæ cum iure civili convenit, quia iura iuribus convenire decet, & iurium correctio, quoad fieri potest, vitari debet. Quæ tamen declaratio, seu interpretatio non à iudice seculari, sed ab Ecclesiastico fieri debet, cum sit materia Ecclesiastica, ut recte aduertit etiam Farinac. ibid.

DUBITATIO VI.

An Immunitas Ecclesiarum consuetudine aliqua diminui possit.

SUMMARY.

- 1 Immunitas Ecclesiarum diminui potest ex consuetudine legitime præscripta, ex non improbabili opinione.
- 2 Ius positivum per consuetudinem legitime præscriptam non est cur in parte abrogari non possit.
- 3 Immunitas Ecclesiarum quod diminui non possit, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, sentiunt quamplures Doctores.
- 4 Immunitas Ecclesiarum in sententia nonnullorum est de iure divino.
- 5 Consuetudo, quæ est contra Ecclesiarum libertatem, non valet.
- 6 Consuetudo extrahendi reos ab Ecclesia per Curiam secularem, nulla temporis diuturnitate defendi potest.
- 7 Consuetudo contra immunitatem, & libertatem Ecclesiarum est irrationabilis, & sic non potest rationabiliter præscribi, & potius corruptela, quàm consuetudo dicenda est.

- 8 Non potest præscribi contra ius naturale, vel divinum. Constitutio Gregoriana de immunitate non potest dici non esse usu recepta, nec etiam per consuetudinem in contrarium antiquata.
- 9 Clausula Decreti irritantis apposta in Constitutione Gregoriana, est tanta virtutis, quod non potest probari dictam constitutionem non esse usu receptam.
- 10 Mediolani contra quendam Reum iudices laici prædebant non fuisse servandam Gregorianam constitutionem, eo quod non esset usu recepta: at ob decretum clausula irritantis secus fuit responsum.
- 11 Consuetudo ut prævaleat adversus canones, & leges Pontificias, opus est quod introducta sit non solum cum scientia, sed etiam cum expresso consensu summi Pontificis.
- 12 Pontifices Romani non solum non consentiunt consuetudinibus contra immunitatem Ecclesiasticam, sed singulis annis potius reclamant in Bulla Cœne.
- 13 Urbanus VIII. in una ex suis Bullis annullat, reprobavit, & declarat semper fuisse nullas omnes consuetudines contra immunitatem Ecclesiasticam.
- 14 Consuetudo etiam particularis non valet adversus immunitatem Ecclesiasticam, & adversus canones, & leges Pontificias.
- 15 Consuetudo non potest introducere id, quod lex non potest statuere.
- 16 Consuetudo non potest habere plus auctoritatis, quàm lex.
- 17 Consuetudo æquiparatur statuto, & non inducitur super quibus Populus expresse statuere non potest.
- 18 In materia immunitatis Ecclesiasticæ, & Ecclesiarum non solum populus, sed nec etiam Principes seculares, neque Prelati Ecclesiastici Papa inferiores in generali, vel in particulari quidquam statuere possunt defectu iurisdictionis.
- 19 Valet argumentum de toto ad partem, præsertim ubi militat eadem ratio.
- 20 Non minus est reprobanda consuetudo generalis contra immunitatem Ecclesiasticam, quàm particularis.
- 21 Magis, & minus non mutant speciem, nec variant substantiam rei.
- 22 Immunitas Ecclesiastica neque per consuetudinem generalem in omni casu, neque per particularem in aliquibus casibus tolli, vel diminui potest.
- 23 Immunitas Ecclesiastica in sententia Auctoritatis prædictis non obstantibus consuetudine, si legitime sit præscripta, id est habeat omnes qualitates in cap. finali de consuetud. requisitas, diminui in aliquibus casibus potest.
- 24 Immunitas Ecclesiasticorum est contra à secularium Principum iurisdictione, tam quoad personas, quàm quoad bona, quia est de iure divino, vel saltem de iure positivo iure divino dicente, diminui non potest.
- 25 Reus quod non gaudeat immunitate intra circuitum 30. vel 40. passuum ab Ecclesia, videtur usu receptum contra id quod statuitur per sacros canones.
- 26 Immunitas Ecclesiastica a hodie de facto est diminuta consuetudine aliqua, siue quod constitutio Gregoriana alicubi recepta non sit, siue quod alicubi consuetudo in contrarium sit præscripta.
- 27 Fures simplices, receptum est in multis locis, quod immunitate Ecclesiastica non gaudeant.

Respondetur, quod consuetudine (si legitime sit hæc præscripta, id est, habeat omnes qualitates in cap. fin. de consuetud. requisitas) diminui non improbabiler possit, quia immunitas Ecclesiarum, ut supra dub. 2. dicebamus, introducta est, non à iure naturali, vel divino, sed solum iure positivo, quod per consuetudinem supra dictam non est cur in parte abrogari non

non possit. Atque ita præter Abbatem, Couarruiam, Martham, Barbosam, Sarpum, Ioan. Petrum Fontanelam, Decianum, & Oldradum mox infra citandos, docent Suar. tom. 1. de vel. g. lib. 3. c. 9. n. 9. Nauar. c. 25. n. 18. Clarus §. practica criminalis, q. 30. n. 1. Briardus ibid. Vulpellus consil. 230. n. 4. Farinac. de carceribus, q. 28. num. 12. Fagundez part. 2. lib. 4. cap. 4. numero 61. Cuetellius de immunit. Eccles. lib. 1. quest. 1. num. 50. Ambrosin. de immunit. cap. 10. numero 4. Layman. lib. 4. tract. 9. cap. 3. numero 2. Gauant. in addit. ad Manual. Episc. verb. Immunitas Ecclesiastica, num. 1. & Villalob. in summa, tom. 2. tract. 39. diff. 5. num. 5.

3 Quamvis contrarium probabilius sentiant quamplures Doctores dubit. 2. supra citati, quorum nonnulli ex suo principio particulari, quod scilicet immunitas Ecclesiarum sit de iure diuino, deducunt etiam & fortius, quod quando consuetudo est contra Ecclesiasticam immunitatem, vt esset, si Curia secularis reos ab Ecclesia extraheret, & ad ipsius carceres mancipare ex consuetudine prætenderet, non valeat. Item quod talis consuetudo nulla temporis diuturnitate defendi possit. Item quod dicta consuetudo sit irrationabilis, & sic non possit rationabiliter vnam præscribi, atque addo etiam si a parte rei existat, non teneat, quia potius corruptela, quam consuetudo dicenda est.

Primo, quia dato quod immunitas Ecclesiarum quoad particulares casus strictè, & in rigore non sit de iure naturali, & diuino: est tamen ei valde conformis, & consona; nulla autem consuetudo introduci potest contra ius naturale, vel diuinum, vt communiter sentiunt Doctores, quia huiusmodi consuetudo potius corruptela, quam consuetudo dicenda est, siquidem rationalis non esset, vt dicebam.

8 Secundo propter Constitutionem Gregorij XIV. quæ non potest dici non esse vsu recepta, vel per consuetudinem aliquam in contrarium antiquata, quia in illa Pontifex apposuit clausulam decreti irritantis, cuius ea virtus est, quod probari non possit, legem, vel Constitutionem tali clausula roboratam, non esse vsu receptam, vel aliquando antiquatam, sicut post Ancharanum, Archidiaconum, Geminianum, & alios firmat Caputaq. part. 3. decis. 204. Bonac. tom. 2. disp. 3. q. 8. punct. 10. n. 4. Farinac. in append. de immunit. cap. 2. n. 5. Castrus Palaus tom. 2. tract. 12. disp. unic. punct. 10. num. 2. Sacra Rot. in Maior. Indultorum, die 1. Aprilis 1639. & in eadem causa, die 16. Nouembr. 1640. & Chartarius dec. crim. 74. num. 19. vbi pro hac sententia adducendo etiam Gabrielem, Gratianum, & Marchesanum, sic ad 10 Iudices laicos Mediolanenses (qui in causa cuiusdam Rei prætendebant, Mediolani Constitutionem Gregorij XIV. seruandam non esse ex eo, quod Mediolani non sit vsu recepta) respondet.

11 Tertiò, quia ad hoc, vt consuetudo præualeat aduersus canones, & leges Pontificis, opus est, quod introducta sit, non solum cum scientia, sed etiam cum expresso consensu summi Pontificis (vt præter DD. in cap. cum non ignoras, de præbend. & in cap. literas, de concess. præbend. & præter Oldrad. conf. 237. 244. & 254. Federicum de Senis conf. 17. & Nattam conf. 574. tradit sacra Rota Romana in vna Treuerensi Abbatie S. Maximini, die 24. Ianuarij 1635. & in Messan. Decanatus, die 21. Maij 1641. & in Maior. Indultorum, die 11. Aprilis 1639.) quod in casu nostro non contingit, 12 cum singulis annis Pontifex potius reclamet in Bulla Cæneæ, & Urbanus VIII. ediderit Bullam (quæ incipit Romanus Pontifex) 5. Iunij 1641. vbi annullat, reprobabat, & declarat semper fuisse nullas, & reprobas omnes consuetudines contra immunitatem Ecclesiasticam: ergo, &c. Vide, quæ dicebantur cap. 1. dubit. 15. cap. 4. dubit. 31. cap. 5. dub. 14. & lib. de Parliamentis, dub. 15. sect. 2. dub. 25. sect. 2. & dubit. 27. sect. 5. & seqq. Thom. Delbene, de Immunit. Eccl. Pars I.

Vide etiam Franciscum Aranium in 1. 2. S. Thom. q. 97. disp. 3. sect. 5. difficult. 4.

Neque dicas, consuetudinem aduersus immunitatem Ecclesiarum, & aduersus Canones, & leges Pontificias, vt irrationabilem, introduci non posse, solum si tolleretur vniuersam Ecclesiarum immunitatem, & in omni casu, & sic, si sit consuetudo generalis, secus si tolleretur in aliquo casu (vt accidit in consuetudinibus quorundam Regnorum) & sic si sit consuetudo particularis, sicuti docent Couarruiam pract. c. 3. 11 num. 5. Garcias de nobilit. gloss. 9. num. 44. & sequent. Farinac. quest. 8. num. 3. Iulius Clarus §. fin. quest. 36. vers. sed, Grassus de effect. cleric. effect. 1. num. 388. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 340. num. 39. Giurba consil. 52. num. 3. Gutierrez de gabell. quest. 93. num. 12. Cenedus in can. 99. quest. 4. num. 3. Sesse de inhib. cap. 8. §. 3. n. 146. 147. 153. & 156. Pereira de manu Regia part. 2. cap. 69. num. 19. Valascus tom. 1. allegat. 10. num. 5. Castill. Soto Maior de Tertius, cap. 12. num. 34. Roderic. de ann. reddit. lib. 1. cap. 12. numero 58. 62. & 63. Villalob. in compend. opin. verb. Clericus, numero 80. in fin. Thom. Bozius de iur. stat. cap. 17. vers. & quod Papa, & alij.

Respondetur enim nego antecedens, tum ex cap. 14 Clericis, de iudiciis, vbi à Pontifice damnatur consuetudo, etiam particularis, contra immunitatem Ecclesiasticam: tum quia consuetudo non potest introducere id quod lex non potest statuere (sicuti determinauit Sacra Rota Romana, die 26. Nouembris 1594. & die 22. Martij 1631. penes decisiones posthumas Farinacij tom. 1. decis. 20. num. 5. & de is. 489. n. 3. & meritò, quia consuetudo non potest habere plus 16 autoritatis, quam lex, vt patet ex iuribus, quæ adducit Sacra Rota, die 23. Maij 1629. penes decisiones Venetas Guerrilij decis. 265. num. 18. & patet ex eo; 17 quia consuetudo æquiparatur statuto, l. de quibus, ff. de legibus, & cap. cum dilectus, de consuetud. quapropter non inducitur super his, super quibus populus expressè statuere non potest, vt obseruauit Aymon consil. 34. n. 25. & de antiquitate temporum, 4. part. sect. 1. num. 13.) Sed in materia immunitatis Ecclesiasticæ, & Ecclesiarum, non solum populus, sed nec etiam Principes seculares, quin neque Prælati Ecclesiastici Papa inferiores, in generali, vel in particulari quidquam statuere possunt, defectu iurisdictionis, vt patet ex cap. Solius, de maior. & obed. & ex cap. 1. de Constitut. & ex communi tradit nouissime Chartarius decis. crimin. 46. num. 84. ergo, &c.

Addo, quod valet argumentum de toto ad partem 18 (præsertim vbi militat eadem ratio, vt est in casu nostro) l. qua de tota, ff. de rei vendic. & docet sacra Rota in vna Romana, die 11. Maij 1609. penes decisiones posthumas Farinac. tom. 1. decis. 223. num. 1. Menochius de presumptionib. lib. 3. quest. 35. n. 27. & conf. 72. num. 5. Sard. consil. 193. num. 6. & conf. 435. num. 21. & Thomas à Romalettis in floribus legum, Regul. 46. ergo si consuetudo generalis contra immunitatem Ecclesiasticam, & Ecclesiarum per Aduersarios est reprobanda, reprobanda etiam erit particularis: quia vtraque 20 est deformis, & irrationabilis, cum magis, & minus non mutant speciem, nec variant substantiam rei, vt habetur in l. vltim. ff. de iurid. instruat. & in l. si is cui, ff. quemadmodum seruit. amitt. & docent ex comm. Sardus consil. 305. num. 66. & consil. 368. num. 13.

Atque ita, quod scilicet immunitas Ecclesiarum, neque per consuetudinem generalem in omni casu, neque per particularem in aliquibus casibus tolli, vel diminui possit, docent Mascard. de interpret. stat. concl. 1. num. 131. Tannerus tom. 3. disp. 5. quest. 7. dub. 1. num. 16. Baldellus tom. 1. lib. 5. disp. 39. num. 7. Bonacina in Bulla Cæneæ, disput. 1. quest. 20. punct. 1. num. 10. Durandus

dus *ibid.* lib. 2. canon. 18. *quest.* 9. num. 7. Giumpar. in *defens. iur. Pontif. disput.* 6. cap. 4. numero 23. Ciarlinus in *controuers. forens.* lib. 1. cap. 31. numero 17. Sperellus, *decis.* 37. numero 47. & nominatim nouissime sacra Rota Romana die 20. Iunii 1636. Vide etiam quæ dicebantur *citat. capit.* 1. *dubitat.* 15. cap. 4. *dubitat.* 31. cap. 5. *dubitat.* 14. & lib. de *parlamentis*, cit. *dubit.* 15. & 27.

- At his non obstantibus, quod dixi, nempe quod
- 23 immunitas Ecclesiarum consuetudine (si legitime sit hæc præscripta, idest, habeat omnes qualitates in *citat. cap. fin. de consuetud.* requisitas) diminui in aliquibus casibus possit, cum sit de iure positio tantum (non sic immunitas Ecclesiasticorum à secularium Principum iurisdictione, tam quoad personas, quam quoad bona; quia hæc, sicuti dicebam *citat. cap. 1. dubitat. 2. & cap. 5. dubitat. 8. & lib. de*
- 24 *Parlamentis*, *citat. dubitat. 27. section. 4. & 9.* est de iure diuino, vel saltem de iure positio, iure diuino dictante; & de hac dici potest, quod reclamet quotannis Bulla Cœnæ Domini, & Urbanus VIII. in *cit. Bulla*, Romanus Pontifex. Vnde inter vnam, & alteram immunitatem assignari potest aliqua disparitas) non videtur mihi omnino improbabile; tum ob rationem *supra* dictam num. 2. tum quia sic videtur colligi ex ipsamet Constitutione Gregorij XIV. ibi: *Voluimus, quando præsens temporum calamitas, & nimia peruersorum hominum malitia exposcit, aliquid permittere circa immunitatem Ecclesiarum, ultra id, quod à pristina illa Maiorum disciplina, & à sacris Canonibus est præscriptum;* tum quia de facto, consuetudine, scientibus, & nullo pacto Prælati Ecclesiasticis cum summo Pontifice contradicentibus, receptum videtur, quod reus immunitate non gaudeat intra circuitum
- 25 30. vel 40. passuum ab Ecclesia, contra id quod statuitur in c. *sicut antiquius*, 17. *quest.* 4. cap. *quisquis*, & c. *definiuit*, eadem *caus.* & *quest.*

- 26 Atque ita, quod scilicet consuetudine aliqua Ecclesiarum immunitas diminui possit, quin de autoritate diminuta sit, ex eo, quod Bulla Gregorij alicubi legitime præscripta est, affirmant Abbas in *capit. inter alia, de immunitat. Eccles.* num. 13. ante *fin.* Couar. *lib. 2. variar. capit.* 20. per totum, Martha de *iurisdic. part. 2. capit.* 1. num. 23. Barbosa de *iure Eccles.* *lib. 2. capit.* 3. numero 82. (ubi propterea ait, quod circa immunitatem Ecclesiarum vim magnam habeat consuetudo, ad quam propterea in multis locis recurrendum sit) Sarpus de *iure Asylorum cap. 6. fol. 61. &*
- 27 *sequenti.* Ioannes Petrus Fontanella *decis.* 200. & 201. Oldradus *consil.* 54. numero 3. & alij citati *supra* numero 2. ex eo præcipue quia, vt inquirunt ipsi, in multis locis de facto iam consuetudine receptum est, quod simplices fures immunitate Ecclesiæ non gaudeant: saltem (vt dicebam ego num. 45.) si ad Ecclesiam ipsam, vel eius Cæmeterium non se recipiant, sed solum intra 30. passus propè existant, qua de re vide *infra dubit. 9. section. 8. dubit. 24. sect. 5. & 8. & dubit. 41. sect. 8.*

DUBITATIO VII.

An omnes consuetudines ante Tridentinum, & Gregorij XIV. constitutionem aduersus Immunitatem Ecclesiarum introductæ, sublata modo sint?

SVMMARIVM.

- 1 Omnes consuetudines ante Tridentinum & Gregorij XIV. constitutionem aduersus immunitatem Eccle-

siarum sublata modo sunt per ipsam Concilium Tridentinum, & Bullam Gregorij XIV.

- 2 Concilium Tridentinum reuocauit obseruantiam immunitatis secundum canones, Concilia generalia, & Pontificum constitutiones.
- 3 Concilium Tridentinum fuit confirmatum per Bullam Pij IV. in qua adest clausula Decreti irritantis, quæ tollere videtur omnem consuetudinem præteritam, & futuram, contra nonnullos.
- 4 Consuetudo contra immunitatem Ecclesiasticam quando de ea oritur disceptatio, videndum est an post Tridentinum, & Bullam Gregorianam sit introducta, & præscripta: alias ad nihilum valebit.
- 5 Consuetudo, cum sit quid facti, in dubio præsumi non debet, nisi legitime probetur.
- 6 De consuetudine Doctoribus testantibus extra locum, ubi vixerunt, fides adhibenda non est.
- 7 Textus in cap. 1. de *constitut.* in 6. disponit, quod Romanus Pontifex per constitutionem a se nouiter editam, non intelligatur in aliquo derogasse consuetudinibus locorum, & personarum, nisi expressam de his mentem fecerit.
- 8 In constitutione Gregoriana nulla expressa mentio fit de consuetudinibus particularibus.
- 9 Textus citatus in cap. 1. de *constitutionibus*, non procedit, quando per legem consuetudini contrariam reducitur ad ius commune primum, vt est in constitutione Gregoriana.

Respondetur affirmatiue, quia licet Gregorius XIV. eas non reuocet expressè; reuocat tamen tacite, quatenus intendit modum extrahendi à loco sacro reducere ad vnam formam per dictionem *tantum*, quæ est taxatiua, & excludit omnem aliam formam per consuetudinem, vel corruptelam introductam, l. *properandum*, Cod. de *iudic.* & quatenus auferit quamlibet facultatem aliter definiendi, & iudicandi, redditque irritum aliter factum, ibi: *Sublata eis, & eorum cuiuslibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, in quavis causa, & instantia iudicari debere; necnon irritum decernimus & inane, si secus super his per quoscumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.* Contra Constitutionem autem, in qua ponitur clausula irritans, allegari nequit non vltus, quin per multos neque contrarius vsus. Puteus *decis.* 50. numero 5. part. 1. Castadotus *decis.* 2. de *reueruat.* Caputaquens. *decis.* 134. numero 4. part. 4. & alij apud Farinacium in *append. de immunit.* cap. 2. num. 15.

Secundò, quia sufficienter ea reuocat Tridentinum 2 *sess.* 25. cap. 20. de *reformat.* quatenus ibi Concilium renouat, & exactè præcipit obseruari ab omnibus sacros Canones, & omnia Concilia generalia, & Apostolicas sanctiones in fauorem libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ editas: siquidem dum Concilium legem edit, iura antiqua renouando, vel contraria reuocando, censetur omnem contrariam consuetudinem, quæ antiquis decretis aduersatur, reuocare; alioquin decreta antiqua reuocari, & in pristino statu constitui non dicerentur. Quod Concilium confirmatur per Bullam Pij IV. in qua similiter ponitur irritantis decreti clausula, quæ tollere videtur omnem consuetudinem præteritam, vt futuram, vt *supra* dicebatur, & dicitur *dubit. 24. sect. 5. & 8. & dubit. 41. sect. 2. num. 20.*

Confirmatur ex iis, quæ dicebantur *dubit. 6. num. 3. & seqq.* si immunitas Ecclesiarum sit de iure diuino formaliter, vel iure diuino dictante.

Confirmatur secundò ex iis, quæ dicuntur *dubit. sequenti, num. 3. & seqq.* Atque ita docent Farinac. in *append. de immunit.* cap. 2. n. 14. & c. 22. Marc. n. 359. Anton. Maceratenf. *lib. 2. resol.* 15. num. 5. Giurba *consil.* 50. num.